



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

SS. Martyres Antiochenæ. 11. Martij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

SS. MARTYRES S A N T I O C H E N Æ ,  
II . Martij.

**A**NNO partæ salutis CCC. VI. eò furor Imp. Maximini barbarus Antiochiæ pervalet, ut neque famem crudelem extensi per craticulas Christiani lentoque igne assati exsaturare; neque sitim cruentam flumina jam sanguinis possent sedare. Tantum verò absuit, ut ad hæc exhorresceret Christiana Philosophia, ut sponte suâ (Numine utique invitante) ad mortem per præcipitia & undas ruerent, promptiores ad excipiendam mortem, quam ad inferendam tyrannus. Inter hos jure suo laudem hodie fert Matrona (Pelagiam Ambrosius dicit) cum filiabus geminis. Hæ Antiochiam ducendæ pulcherrimè se exornarunt; iterque feminæ pede ac animo virili sunt ingressæ. Ex itinere mater non quidem vitæ, sed tamen pudori virginum timere cœpit, non ignara quoties hic ludibrio tyrannis fuisse. Et jam è geminis tyrannis plus puer Amor Maximino terrebat, cum Numen animos addidit, ut è ripâ in subjectum flumen generoso saltu se abjicerent, Veneré in regno suo expugnaturæ. Diu, veluti lustabundæ choræs ducerent, secundo flumine descenderunt. Tandem haustæ inter preces vortex placide receperit. Corpora undæ neque exanima disjunxerunt, immo ut favere Nymphis nostris scires, vestibus suis quam decentissimè tectas ad littus exposuerunt, cum littus æternum meliusque dudum animæ tenerent. *Ex Ambros. & Euseb. Chron.*

*Cui in periculis palpitanti & trepidanti invocatum IESV Nomen non statim fiduciam praestitit, depulit metum? Cui in adversis diffidendi jam jamque*

art.  
IÆ.  
Imp.  
, ut  
culas  
eque  
at se-  
resce-  
mine  
z un-  
morn-  
jure  
Am-  
ntio-  
iter-  
effe.  
i pu-  
oties  
is ty-  
cùm  
n flu-  
egno  
cho-  
runt.  
rece-  
tunt,  
tibus  
osue-  
i ani-  
  
voce-  
it, de-  
jam-  
que  
12. Mart. VITÆ S A N C T O R V M . 129  
que deficenti, si Nomen adjutorii sonuit, defuit  
fortitudo? S. Bernard. serm. 15. sup. Cant.

S. GREGORIVS M. DOCT. ECCL.  
12. Martij.

**V**itro mendicabulis januæ paterent, si latitan-  
tem in iis CHRISTVM, vel Angelum cerne-  
remus. Tales hospites GREGORIVS habuit, & ob  
eam pietatem summum Pontificatum tulit. Ad  
hunc evectus inter primas curas habuit medici-  
nam gregisuo quærere, quem pestilentia totâ pa-  
sim Italiâ, sed Romæ potissimum lacerabat. Pla-  
cuit, morte tam atrociter grassante, ad MATREM  
VIVENTIUM configere. Hujus proinde effigiem  
cum totâ urbe supplicabundus circumtulisset,  
Angelum vidi, qui iratum jam diu capitibus en-  
sem vaginæ redderet; & aërem noxiū purgari  
vel inde animadvertisit, quod in eo cœlestes voces,  
gratantes CALI REGINÆ de morte victoriam au-  
diit. Ita servatis domi civibus, foris etiam Chri-  
stianum Imperium amplificavit, adjecto Anglo-  
rum regno. Libros deinde lucubrare est aggressus,  
qui etiam hodie Doctorem suum SPIRITVM S.  
probant, quem quidem specie columbae obvoli-  
tantem capitî ejus non unus vidi. Sed & ad pre-  
ces illius Angelorum panis in carnem abiit, & hæ-  
sitantî feminæ fidem mysteriorum fecit. Talc co-  
lumen Christiani orbis subruere tamen Mauritus  
imp. cogitavit. Sed mox impiæ mortis consilium  
morte ipse non unâ luit, toties mortuus prius  
quam moteretur, quot subsecuri filios vidi mori.  
Ipse idem fatum cum conjugé contra omnium  
parentum vota ultimus subiit. GREGORIVM vero  
mortuum ferunt anno DC.IV. sed rectius vivere

F 5

illum